UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Calliopio Presbytero. 73.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

conficiant, minimè vetantur, imò etiam iubentur. Atque hac ratione Sabbatum quidem per operationem pollui contingit: Sacerdotes autem, propter operationis diuerſitatem, extra culpam eſſe.

ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ νόμου κελεύονται. καὶ συμβαίνει βεβηλοῦσθαι μὲν τὸ σάββατον τῇ ἐργασίᾳ· ἀναιτίους δὲ εἶναι τοὺς ἱερεῖς τῇ διαφορᾷ τῆς ἐργασίας.

Calliopio Presbytero. 73.

Cur Deus templa ſua fulmine feriat.

Mirari te dixiſti, quî fiat, vt Deus, cùm metum terræ immittit, templis ſuis minimè parcat. At certam huius rei declarationem in diuinis libris habes. Nec verò mœrore atque animi anxietate conſternéris *4.Re.25.* ob ea quæ nunc fieri vidiſti. Nam vt ſanctæ arcæ minimè pepercit, verùm eam vnà cum ipſis ſacerdotibus qui deliquerãt, barbaris dedidit, & vrbem ſanctificationis, & Cherubim gloriæ, & ſtolam, & prophetiam, & vnctionem, & Thumim in cõculcationem & contaminationem Gentibus addixit: ita ne nunc quidem ab omni labe puris myſteriis parcit: vt dum ſuis aulis minimè parcit, terrorem iis, qui peccãt, iniiciat; atrociorem videlicet pœnam ob ea, quæ agunt, expectantibus. *Zach.11.* Vlulet enim abies, quia cecidit cedrus. Fortibus cadẽtibus, imbecilliora erudiantur.

Καλλιοπίῳ πρεσβυτέρῳ. ογ.

Θαυμάζειν ἔφης, ὅπως τῶν ἑαυτοῦ θεὸς ἀνακτόρων οὐ φείδεται, ὅτε φόβον τῇ γῇ ἐπαφίησιν. ἀλλ' ἔχεις ἐν ταῖς θείαις πλυκταῖς τὴν τούτων ἀκριβῆ διασάφησιν. καὶ μὴ ἄλυε ἐφ' οἷς νῦν γενομένοις ἑώρακας. εἰ γὰρ τῆς ἁγίας κιβωτοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ἐξέδοτο ταύτην ἀλλοφύλοις σὺν ἱερεῦσιν αὐτοῖς ἀνομήσασι, καὶ πόλιν ἁγιάσματος, καὶ χερουβὶμ δόξης, καὶ στολήν, καὶ προφητείαν, καὶ χρίσμα, καὶ δήλωσιν, εἰς καταπάτημα καὶ μιασμὸν ἀπέδοτο ἔθνεσιν, οὐδὲ τῶν νῦν ἀχράντων φείδεται μυστηρίων, ἵνα τῶν αὐτοῦ αὐλῶν ἀφειδῶν, εἰς φόβον τοὺς πταίοντας κλίνῃ, ἀπηνεστέραν περιμένοντας ἐφ' οἷς πράττουσι τιμωρίαν. ὀλολυζέτω γὰρ πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος· τῶν ἰσχυρῶν πιπτόντων, τὰ ἀσθενέστερα παιδευέσθω.

πυκταῖς. *ἑαυτοῦ.*

Cratoni Monacho. 74.

Quòd veſtitus mollities, & ſubtilitas, colórque elegans, religioſæ ac Deo gratæ exercitationis regulam minimè ſeruent, *Ioan.19.* Theologum Ioannem interroga, Domini tunicam deſcribentem: ac tibi dicet, Erat autem tunica eius inconſutilis deſuper cõtexta per totum. Quis autem veſtis illius vilitatem ignorat? vt qua Galilęorum pauperes vtantur: apud quos etiam maximè huiuſmodi veſtis genus fieri ſolet, arte quadam, vt pectoralia, retractim cõſutum. *Matth.3.* Audi etiam Matthæum, cùm de Ioanne Baptiſta verba facit; ac tibi dicet, Ipſe autẽ Ioannes habebat veſtimentum ex pilis camelorum. Vide item illum animi magnitudinẽ præditum ac diuino ſpiritu afflatũ Lucam, Herodis faſtum narrantem; atque

Κράτωνι μοναχῷ. οδ.

Ὅτι βλακεία, καὶ λεπτότης, καὶ εὔχροια ἱματίων οὐ σώζει τῆς κατὰ θεὸν ἀσκήσεως τὸν κανόνα, ἐρώτησον Ἰωάννην τὸν θεολόγον, τὸν τοῦ κυρίου διαγράφοντα χιτῶνα, καὶ φράσει σοι, ὁ δὲ χιτὼν αὐτοῦ ἦν ἄραφος ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου. τίς δὲ ἀγνοεῖ τὴν εὐτέλειαν τῆς ἐσθῆτος ἐκείνης, ᾗ περ οἱ πτωχοὶ κέχρηνται τῶν Γαλιλαίων, καθ' οὓς καὶ μάλιστα τὸ τοιοῦτο φιλεῖ γίνεσθαι ἱμάτιον, τέχνῃ τινὶ ὡς αἱ στηθοδεσμίδες ἀνάκρουστον ὑφαινόμενον. μάθε δὲ καὶ παρὰ τοῦ θείου Ματθαίου, Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν ἀπαγγέλλοντος, καὶ ἐρεῖ σοι· αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου. βλέπε καὶ τὸν μεγαλόφρονα καὶ θεοφόρον Λουκᾶν τὸν Ἡρώδου τῦφον ἱστοροῦντα